



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

4. De missione duodecim Apostolorum Matt. 9. & 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

maior quam fratum Iosephi erga eum
dem innocentissimum & fratum suo-
rum amantissimum! At quantò maior
Saluatoris erga eosdem charitas, vi-
quamuis tum pro ipsis à tanta cærita-
te & ingratitudine liberandis, mortem
subire paratus esset, si ita æterno Pa-
tri placuisset, attamen ideo tunc mor-
tem euitarit, ut plura & atrociora pro-
ijs pati posset. Detestatio inuidiæ &
ingratitudinis, eximia erga inimicos
charitas.

De missione 12. Apostolorum.

Matt.9. & 10.

Matt.9. I. **V**idens Iesus turbas miseris est ei-
quia erant vexati & iacentes sic
ones non habentes Pastorem, tum dicit di-
scipulus suis: messis quidem multa, operari
autem pauci. Rogate ergo Dominum me-
sis, vi emittat operarios in messem suam.
Quod tunc discipulis pius Dominus
intuens tot animarum interitum, cum
intimo compassionis affectu dicebat,
quoties idem auribus mentis nostra-
insurrat, dum nobis ob oculos po-
nit, tantam turbam hæreticorum,
politicorum & malorum Christiano-
rum, in perfidiæ & ignorantiae tene-
bris miserè pereuntium, & instar iu-
meni

mentorum in stercore voluptatum &
vanitatum mundi computrescentium:
Et tantam raritatem eorum, qui ijs
verbo, exemplo, consilio & auxilio
opitulari dignentur, qui sincerè Dei
gloriam & salutem animarum, & non
quæ sua sunt querant? Quanto proin-
de feroore & nosipso ad laborandum
in hac sancta electorum messe in hor-
reum Domini congreganda offerre,
& ut quam plurimos zelosos opera-
rios, viros secundum cor suum exci-
tare dignetur, obnixè efflagitare opor-
teret! Compassio, zelus sincerus ani-
marum.

II. Et conuocatis 12. discipulis suis, dedit
illis potestatem spirituum immundorum, Matt. 10.
ut eijerent eos, & curarent omnem lan-
guorem, & omnem infirmitatem, præcipiēs
eis: Euntes predicate dicentes: quia appro-
pinquauit regnum cœlorum: gratis accepi-
stu, gratis date. Quanto gaudio pius
Dominus hos 12. Apostolos ad prædi-
candum Euangeliū regni emittebat,
præuidens in illis tot milles viros
Apostolicos horum zelum æmulatu-
ros! Quanto zelo omnium hominum
vsque ad finem mundi creandorum
salutem sitiebat? quanto desiderio quā
plurimos feruentes operarios, qui se

idonea in conuersione animarum preberent instrumenta , exoptabat? Quantoperè eorum lēm eximiam perfectionem , profundam humilitatem , & profusam in dātis sibi gratis talentis & charismatis; gratis vicissim alijs impertiendis liberalitatem dēsiderabat? Zelus fervens & gratitius proximos per talenta sibi concridita iuuandi III. Modum profectionis & prædicationis ijs exponit : *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virginis dignus est operari in cibo suo. Intrantes autem in domum, salutem eam : Pax huic domui.* Ne anxia sollicitudine rerum temporalium in officio suo fungendo præpediantur , moneret non solum rerum superfluarum curam abijcendam, sed etiam necessiarum in sinu diuinæ prouidentiaz. quæ fidelibus operatijs necessaria deesse non patitur, esse rei ciendam: Vitandas deinde officiosas amicorum salutationes, plurimum Apostolici muneric functionem retardantes: demum omnibus ad quos diuerterint , pacem impertendam, licet non omnes eam sint receperunt, Euangelicæque veritatis lucem

propos.

proponendam , licet non omnes eam
sint amplexuri . Quam expeditos ab
omnibus sacerularibus curis & nego-
tijs , quam zelosos complectentes om-
nes in visceribus charitatis Euangelij
præcones cupit esse is , qui quod do-
cuit verbo , prius exhibuit exemplo ??
Paupertas , confidentia in Deo , zelus
amplus & indefessus omnibus Chri-
stum annunciandi .

De predicatione persecutionum Apostolis V.
imminentium. Matt. 10.

I. Ecce ego mitto vos sicut oves in mediis
luporum. Estote ergo prudentes sicut
serpentes & simplices sicut columbae. Præ-
monet eos de imminentibus persecu-
tionum procellis , & præmunit contra
easdem clypeo prudentiæ serpentinæ ,
& simplicitatis columbinæ ; volens ni-
mirum eos instar serpentis voces in-
cantantium , seu blanditias persecuto-
rum animæ insidiantium contemne-
re , & potius totum corpus dilaniandū
offerre , quam fidem & salutem æter-
nā perdere , & occasiones animas
saluandi , prout serpens antiquus eas-
dem perdendi quæsiuit , prudenter
caprare : atque instar columbae

fin.